

ab hac dilaceratione cessaret: conspirant intrinsecis tyranni. consurgunt
bella ciuilia. funditur ubique plurimus sanguis Romanorum: Romanis
Barbarisque saeuientibus. sed cito ira dei in misericordiam uertit. & coe-
ptae ultionis maior forma: quam poena in mensuram plenitudinis repu-
tatur. Igitur primus Genuus: qui purpuram imperii sumpserat: apud
Myrsam occiditur. Posthumius in Gallia inuasit tyrannidem: multo quod
rei publicae comodo. Nam per .x. annos ingenti uirtute ac moderatione
usus & dominantes hostes expulit: & perditas puincias in pristinam faciem
reformauit. seditione tamen militum interfectus est. Aemilianus apud Ma-
gontiam: cum res nouas moliretur oppressus est. Post mortem Posthumii
Marius ibidem inuasit imperium. sed continuo interfectus est. Deinde Victo-
rinus a Gallis ultro creatus post paululum occisus est. Huic successit Te-
tricus: qui tunc Aquitaniae praesidatus ministrabat officium. multasque se-
ditiones militum pertulit. At uero in oriente per Odenatum quendam colle-
cta agresti manu uicti repulsiue Persae defensa Syria. recepta Mesopo-
tamia est. & usque ad Ctesiphontem rusticani Syriae cum Odenato uincendo
uenerunt. Galenus autem cum rem publicam deseruisset: ac Mediolani libidinibus
inseueret: occisus est. Anno ab urbe condita. M. xxv. Claudius. xxviii: uo-
luntate senatus sumpsit imperium. Statimque Gotos iam per annos. xv. Illyri-
cum Macedoniamque uastantes bello adortus: incredibili strage deleuit: cui
a senatu clypeus aureus in curia. & in Capitolio statua aequae aurea decre-
ta est. sed continuo apud Syrmium priusquam imperium expleret: morbo correptus
interiit. Claudio mortuo Quintillus frater eius ab exercitu imperator electus
uir quod moderatois unicae: & solus fratri praeferebatur. xvii. imperii die inter-
fectus est. Anno ab urbe condita. M. xxvii. Aurelianus. xxix. imperium adeptus
quaque annis & sex mensibus tenuit: uir industria militari excellentissimus.
Expeditio in Danubium suscepta Gotos magnis praeliis strauit. ditionemque
que romanam antiqs terminis statuit. Inde in orientem conuersus Zenobiam:
qua occiso Odenato marito suo Syriam receptam sibi uendicabat
magis praelio terrore quam praelio in potestatem redegit. Tetricum in Gallia mi-
nime sufficientem sustinere seditiones militum suorum: scribentemque etiam me-
meripe his inuictis malis: ac per hoc perditorem exercitus sui sine labore su-
perauit. Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triumphauit. ur-
bem Romam muris firmiter cinxit.

De .ix. persecutioe per Aurelianum in christianos facta.

Quissime cum persecutione aduersum christianos agi. ix. a Nerone de-
cerneret: fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit. ac
non multo post in itinere occisus est. Anno ab urbe condita. M.

xxxii. Tacitus: xxx. adeptus imperiū sexto mense occisus in Ponto est. Post quem Florianus partē regni in sortē ferens: tertio demum mense apud Tharsum interfectus ē. Anno ab urbe condita. M. xxxiii. Probus xxxi. regnū sortitus obtinuit annis. vi. & mensibus. iiii. Gallias iā dudū a barbaris occupatas p̄ multa & graua prælia delictis tandem hostibus ad perfectū liberauit. Bella deinde ciuilia equidē plurimo sanguine duo gessit. unū in oriente: quo Saturninū tyrannide subnixū oppressit & cepit. aliud: quo Proculū & Bonosū apud Agrippinā magnis præliis superatos interfecit. Ipse apud Syrmium in turre ferrata militari tumultu interfectus ē. Anno ab urbe condita. M. xxxix. Carus Narbonensis. xxxii suscepit imperiū ac biennio tenuit: Qui cū filios suos Charinū & Numerianū consortes regni efficeret: bello Parthico: postq̄ duas nobilissimas Parthorum urbes Cothem & Ctesiphontem cepit: super Tigridem in castris fulmine ictus interiit. Numerianus: qui cum patre fuerat: rediens fraude Apri soceri sui interfectus est. Anno ab urbe condita. M. xli. Dioclitianus. xxxiii. ab exercitu imperator electus annis uiginti fuit. Statim que ut potestatis copiā habuit: Aprum interfectore Numeriani manu sua interfecit. Charinū deinde: quem Charus cæsarem in Dalmatia reliquerat: flagitiose uiuentē: difficillimo bello & maximo labore superauit. Dehinc cū in Gallia Amandus & Aeliandus collecta rusticanorum manu: quos Vacaudas uocabant: perniciosos tumultū excitauissent: Maximianū cognomēto Herculiū cæsare fecit: misitq; in Gallias: qui facile agrestium hominum imperitā & confusam manū militari uirtute cōpescuit. Deinde Carausius qdam genere quidē infimus: sed consilio & manu promptus: cū ad obseruanda oceani litora: quæ tūc Franci & Saxones infestabant positus: plus in perniciē. q̄ in p̄uictum rei publicæ ageret: ereptā prædonibus prædā nulla ex pte restituendo dominis: sed sibi soli uēdicando accendens suspicionē: quia ipsos quoq; hostes ad incurfandos fines artificis negligentia pmitteret: quaz ob rem ē a maximiano iussus occidi: purpurā sūpsit. ac Britannias occupauit. Igitur per oēs romani imperii fines subitaz turbationū fragores concrepuerūt. Carausio rebelate ī Britānia: Achilleo in Aegypto: cū & Aphricā Quinquegentiani infestarent: Narse⁹ & rex Persarū orientē bello premeret. Hoc piculo itaque Dioclitianus p̄motus maximianū Herculiū ex cæsare fecit Augustum. Constantium uero & maximianū Galeriū cæsares legit. Constantius Herculi maximi priuignam Theodoraz accepit uxore: ex qua vi. filios fratres Cōstantini sustulit. Carausius Britānia sibi p. vii. ānos fortissime uēdicata ac retenta: tandē fraude allecti socii sui interfectus ē.

Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit: que
Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit. Britanniaque post decem
annos recepit. Constantius uero cæsar in Gallia primo prælio ab Alemā
nis pffigato exercitu suo uix ipse surreptus est. secundo autem secuta est satis
secunda uictoria. nam paucis horis. lx. M. Alemānoꝝ cæsa referunt. At
Maximianus augustus Quinquagentianos in Aphrica pdomuit. Por
ro autem Dioclitianus Achilleum obsessum per octo menses apud Alexan
driam cepit & interfecit. Sed imoderata uictoria usus Alexandria dire
ptioni dedit. Aegyptum totam pscriptiōibus cædibus fœdauit. Præterea
Galerius Maximianus cum duobus iam præliis aduersum Narseum cōfli
xisset: tertio inter Gallienicum & Caras cōgressus & uictus amissis copiis
ad Dioclitianum refugit. A quo arrogantissime exceptus est ita ut per ali
quot. M. passuum purpuratus ante uehiculum eius cucurrisset referat. Ver
tamen hac cōtumelia quasi cote usus est ad uirtutem. per quam detrita regii
fastus rubigine: aciem mentis expediit. Itaque mox per Illyricum & Mœsiam
undique copias cōtraxit. raptimque in hostem reuersus Narseum magnis con
siliis ac uiribus superauit. Extinctisque Persarum copiis ipsoque Narseo in fu
gam acto castra eius inuasit. uxores: sorores: liberosque cepit. inensam uero
Gazæ Persicæ diripuit. captiuos quæ plurimos Persarum nobilium abduxit
Reuersus in Mesopotamiam a Dioclitiano plurimo honore susceptus est
Postea per eosdem duces strenue aduersus Carpos Basternasque pugna
tum est. Sarmatas deinde uicerunt. quorum copiosissimam captiuam multi
tudinem per romanorum finitum disperferunt præsidia.

Dioclitiani persecutio. x. loco post Neronem refertur.

Interea Dioclitianus in oriente. Maximianus Herculis in occidente
uastari ecclesias. affligi interficique christianos decimus post
Neronem loco præceperunt: quæ persecutio omnibus fere antea actis diutur
nior atque immanior fuit. Nam per decem annos incēdiis ecclesiarum. pscriptiōibus
innocentium. cædibus martyrum incessabiliter acta est. Sequitur terræ motus in
Syria: ex quo apud Tyrum & Sidonem passim labentibus tectis multa
M. hominum prostrata sunt. Secundo persecutionis anno Dioclitianus
ab iuuito exegit Maximiano: ut simul purpuram imperiumque deponeret: ac
iunioribus in re publicam substitutis ipsi in priuato ocio consenscerent
Itaque sub una die Dioclitianus apud Nicomediā. Maximianus apud me
diolanum potestatem imperii simul cultumque posuerunt. Galerius & Cōstantius
augusti primum Romanum imperium in duas partes determinauerunt. Galerius

Maximianus Illyricum Aſyam & orientē. Conſtantius Italiaꝝ Aphri-
cam & Gallias obtinuit. Sed Conſtanti⁹ uir tranquilliſſim⁹ Gallia tantuꝝ
Hiſpaniaque content⁹ Galerio in cæteris partibus ceſſit. Galerius duos
cæſares legit: Maximū: quem in oriente conſtituit. & Seuerū cui p̄miſit
Italiam: ipſe in Illyrico conſtitut⁹. Conſtanti⁹ uero auguſtus ſummæ
manſuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortē obiit: q̄ Conſtantiuꝝ
filium ex concubina Helena creatū imperatorē Galliaꝝ reliquit. Anno
ab urbe condita. M. lxi. Conſtantiuſ. xxxiiii. gubernacula imp̄ii a Cō-
ſtantiō patre ſuſcepit: quæ uno & .xxx. annis feliciffime tenuit. Occur-
rit mihi ſubito & tripudiis quibuſdam inſultat: Eia inquit. tandē in fo-
ueas n̄ras diu expectate ueniſti. Hic te decurſuꝝ opperiebamur. hic de-
lapſum opprimim⁹. hic confuſū tenemus: Suſtinuimus te hætenus ar-
tificioſe quodam modo & callide fortuitas tēporū mutationes xp̄ianorū
ultionib⁹ coaptantē. Interdū quidē uerifiſimiliū ſpecie permoti: utpote
hoīes ignari diuinorū ſecretorū timore palluim⁹ ſed nūc euacuauit Ma-
ximianus noſter oēm ſcænā fabulæ tuæ. noſtræque religiōis antiqua-
tæ colūna inexpugnabilis fulſit. Per annos. x. euerſæ ſunt eccleſiæ ur̄æ:
ut tu fateris. dilacerati cruciatibus. exinaniti mortib⁹ toto orbe xp̄iani.
Tenemus euidentē testimoniū tuum. nullam ſuperiorē perſecutionē
adeo uel grauē uel diuturnam fuiſſe. Et tamen ecce inter tranquilliſſima
temporū bona ipſorū quoq; ip̄eratorū: qui iſta fecerūt inuſitata felicitas
nulla domi fames. nulla peſtilentia: nullū foris bellū niſi uolūtarium:
quo exerceri uires non periclitari queant. Res præterea humano generi
hucuſque incognita: uultorū ſimul regū patiens conſortiuꝝ. & magna
concordia. poteſtaſque cōis. alias nunq̄ niſi nūc in cōe p̄ſpiciens. deinde
etiam: quod abſque ulla hætenus mortaliū noticia ē impatores illi ma-
ximi q̄ppe & p̄ſecutores honore depoſito & aſſumpta q̄eti priuati: qd̄
beatiffimum hoīes & ſummum bonū uitæ bonæ iudicant. & hoc tunc
uelut præmii loco auctores perſecutiōis adepti ſunt: quando accēſa per-
ſecutio medio ſui tpe toto orbe ſæuiebat. An etiam hanc beatitudinē il-
liſt̄pibus pœnaliter accidiffe aſſeris. & nos hinc quoq; terrere moliris: q̄
bus humiliter reſponderī: me plurima cura pietatis accinctū cōmonerē
de ueris. nō terrere de falſis: Decē p̄ſecutiones a Nerone uſque ad Maxi-
mianū eccleſia chriſti paſſa ē. Nouē ut ego dixi ultōes: ut ipſi nō negāt
calamitateſq; e uestigiis conſecutæ ſūt. nec ī uerbo premor: utq; debitæ
ultōes: an fortuitæ p̄mutationes fuiſſe uideant: quæ tamen meo ſuoq;
testimonio clades fuerūt. In decima hæſitatū putāt miſeri & cæci nō ui-
dēt tanto eā ipſis fuiſſe grauiorē: quanto minus intellecta ē. Impius

enim flagellatur: & non sentit: quod cū expositū fuerit: iūti licet ppter
ipsam reꝝ fidē fatebūtur: q̄a ex illa Maximianæ p̄secutionis maxia pu
nitione ista sunt uulnera: q̄bus etiam nūc isti dolent. & intantū dolent:
ut etiā clament: nosque ad reclamādū laceſſant ſollicitos: fieri: qualiter
cōticeſcant. In primo libello expositū a nobis ē: Pompeiū Trogum &
Corneliū Tacitū cōmemorasse non plene q̄dem: nostrū uero Moysen
& ipsoꝝ testimonio fidelem fideliter sufficiēterq; dixisse: Aegyptios &
regē eorū: cū populū dei seruire intentū & paratū deo suo īpediēdæ de
uotionis instinctu ad lutū paleasque reuocarent. x: acerbissimis plagis
fuisse uexatos. Deinde uiolentia malorū edomitos non solū coegisse fe
stinantē. sed etiā propriis suis argenteis & aureis uasis accumulatisse.
Post uero oblitos plagæ suæ: & cupidos prædæ indebitæ: iuidos etiā re
ligionis alienæ: dū innocētes auide p̄sequūf: mari rubro ultio receptos:
oēs funditꝝ interisse. Quod ego nūc refero ac renūtio. & si forte fide nō
acceptatū: exitu tamen p̄bandū. q̄a hæc in figuram nostri facta sunt.

Hic dicitur quod populus dei cum in Aegypto affligitur: decē pla
gis percussa ē Aegyptus. & populus christianus dū. x. p̄secutioni
bus a Romanis affligitur: x. plagas acceperunt.

Terque populus unius dei est. una populi utriusque cā. Sub
dita fuit Israelitarū synagoga Aegyptiis. subdita est christia
norū ecclesia Romanis. p̄secuti sunt Aegyptii Hebræos. p̄
secuti sunt Romani christianos. Decem ibi contradictiones aduersus
Moysen. hic decem edicta aduersus christū. Diuersæ ibi plagæ Aegy
ptiorum. diuersæ hic calamitates Romanorū. Nam ut etiam inter ipsas
se plagas in quantum tamen figura formæ comparari potest conferam
ibi prima habuit correptio sanguineꝝ uulgo: uel manasse de puteis uel
in fluminibus cucutrisse. hic prima sub Nerone exegit plaga: ut ibique
morientium sanguis uel morbis in urbe correptus: uel bellis in orbe p̄
fusus esset. Ibi sequens plaga prodidit p̄strepētes: p̄sultantesque in
penetralibus ranas inediæ propemodum causam habitatoribus atq; ex
ilii fuisse. Hic sequēs sub Domitiano p̄na similiter ostēdit: satellitum
militūq; eiꝝ improbis effrenatisq; discursibꝝ cruētissimi iussa principis
exequentiū ad inopiam p̄ oēs ciues romanos adactos exilioq; disp̄sos:
Ibi tertia uexatio hūit scinifices musculas scilicet puissimas ac sæuissi
mas: quæ mediis sæpe æstibꝝ per loca squalida se coadunando & uibran
do densatæ nō nullo uolatu allabi solēt capillisq; hoīūꝝ ac pecudū fetis

cū urente morſu interſeri. hic itidem tertia ſub Traiano plaga Iudaos
excitauit: qui cū antea ubiq; diſperſi ita: iam quaſi nō eſſent: queſcerēt: re
pentino oēs calore permoti in ipſos: inter quos erant: toto orbe ſæuierūt
abſque magnis multarū urbiū ruinis: quas crebri terræ mot⁹ iisdē tēpo
ribus ſubruerūt: Ibi in quarta plaga muſcæ caninæ fuerūt: reuera alum
næ putredinis uermiūque matres. hic itidē quarta ſub Marco Antonio
plaga lues plurimis iſuſa puñciis Italiaꝝ quoque cū urbe Roma uniuer
ſa exercitūque Romanū p lōginquos limites & diuerſa hyberna diſpſū
in mortē diſſolutū putredie ſimul ac uermib⁹ dedit. Ibi quita correptio
pecorū ac iumētōꝝ repentino iteritu expleta eſt. Hic ſimiliter quinta ul
tiōe ſub pſecutore Seuero creberrimis ciuilib⁹ bellis ppria uiſcera & ad
iumenta rei publicæ: hoc ē plebes puinciarū & legiōes militūꝝ cōminutæ
ſūt. Ibi ſexta uexatio intulit ueſicas efferueſcētes ulceraq; manātia. hic
æque ſexta punitio: quæ poſt Maximini perſecutiōem fuit. q ſpecialiter
epiſcopos clericos omiſſa turba populari. hoc ē eccleſiarū primates truci
dari imperauerat: intumeſcēs crebro ira atque iuidia nō puulgi cædem
ſed per uulnera mortelque pñcipū ac potentiū exaltata eſt. Ibi ſeptima
plaga numerat coactō aere grandō. pſuſaque hōib⁹ iumētisque ac ſatis
exitio fuit. hic ſimiliter. vii. plaga ſub Gallo & Voluſiano: q pſecutori
Decio mox interfecto ſucceſſerāt plaga extitit corrupto aere peſtis iſu
ſa: quæ p oīa Romani regni ab oriēte in occidētē ſpatia cū omne ppe
modū gen⁹ hominū & pecudū neci dedit: tum etiā corrupit lacus iſecit
pabula tabo. Ibi octauarū Aegypti cōtritiōem fecere excitatæ undique lo
cuſtæ tenētes ac terentes tegētēſque omnia. hic. viii æque ſubuerſionem
Romani orbis excitatæ undique itulere gētes: quæ cædib⁹ atque icēdiis
cūctas puincias deleuerūt. Ibi nona turbatio diuturnas & craſſas ac pe
ne tractabiles tenebras habuit: plus oīo periculi comminata quam fecit.
hic itidē. ix. correptio fuit: cū Aureliano pſecutiōem decernēti diris tur
binib⁹ terribile ac triſte fulmē ſub ipſius pedibus ruit: oſtēdēs: quid: cū
ultio talis exigereſ: tātus poſſet ultor: niſi & clemēs eēt & patiēs: quamq̄
itra ſex ab hinc mēſes ſuccidui tres impatores: hoc ē Aurelian⁹ Tacitus
& Florian⁹ diuerſis cauſis iſterfecti ſūt. Ibi poſtremo. x. plaga: quæ & no
uiſſima oīūꝝ fuit. iſterfectio filioꝝ: quos primos quique genuerāt. hic ni
hilominus. x. id eſt nouiſſima pœna oīūꝝ idoloꝝ pditio ē: quæ primitus
facta ī primis amabāt. Ibi rex potentiam dei ſenſit. pbauit. & timuit. ac p
hoc populū dei liberū abire permisit. ibi nunq̄ popul⁹ dei poſtea ad ſer
uitutē retractus. hic nunq̄ populus dei ad idolatriam coactus ē. Ibi Ae
gyptioꝝ uafa precioſa Hebræis tradita ſūt. hic in eccleſias chriſtianoꝝ

præcipua paganorum templa cesserunt. Sane illud ut dixi denūciādū puto: quia sicut Aegyptiis post has. x. plagas dimissos Hebræos psequ molientibus irruit per supinductū mare, æterna pditio: ita & nos libere qdē pgrinantes supuentura quandoque psecutio gentiliū manet donec mare rubrū hoc ē ignem iudicii ipso domino nostro Iesu christo duce & iudice transeamus. Hi uero in quos Aegyptiorū forma transfundit: ad tempus potestate pmissa sæuientes grauissimis qdem pmissu dei christiāos cruciatibus psequuntur: Vex tamen iidem oēs inimici christi, cum rege suo antichristo accepto signo ignis æterni: in quem magna impediēte caligine dū non uidef intrant: perpetuā perditionem imortalibus arsuris supplitiis sortient. Igitur mortuo ut dixi Constantino in Britannia Cōstantinus imperator est creatus primus imperatorū christianus: excepto Philippo: qui christianus annis admodū paucissimis ad hoc tantū cōstitutus fuisse mihi uisus ē: ut. M. Romæ annus christo poti⁹: q̄ lidolis dicaretur. A Constantino autē sp̄ omnes christiani imperatores usq; i hodiernum diem creati sunt: excepto Iuliano: quem impia ut aiunt machinantem: exitialis uita deseruit. Hæc ē lenta illoꝝ paganorū pœna. sed certa. Hinc sani insaniūt. hinc non uulnerati cōpunguntur. hinc ridētes gemunt. hinc uiuentes deficiūt: hinc secreto excruciantur: quos nemo psequitur. hinc iam paucissimi remanserūt: qui nunq̄ aliquo psequēte puniti sunt. Vex tamen qualis tunc persecutores illos: de quorū ipunitate non solum gloriari: sed etiam insultare conātur: finis mansit: expediam Constantino in Galliis strenuissime rē publicā pcurante prætoriā milites Romæ Maxentiū filiū Herculi: q̄ priuatus in Lucania morabatur: augustū nūcupauerūt. Maximianus Hercules iā ex augusto priuat⁹: & adhuc publicus persecutor occasione filii sollicitatus: qui iperū abiecerat: arripuit tyrannidem. Galerius augustus Seuerū Cæsarem aduersus Maxentiū Romā mittit cū exercitu. Seuerus cū urbē obsideret militū suorū scelere desertus & pditus: atque ex eo fugiens Rauēnæ interfecit ē Hercules persecutor & ex augusto tyrannus confirmatū iā i imperio filiū ueste ac potestate regia spoliare conatus ē. Cōuicium autē ac tumultibus militū palā cōterrit⁹ in Galliā puectus ē: ut Cōstantino genero æq; dolis iunctus auferret iperū. sed per filiam deprehensus & prōdit⁹: deinde in fugam uersus Massiliæ oppressus & interfecit est. Porro Galeri⁹ occiso Seuero Lyciniū imperatorē creauit. Cunque persecutionē a Dioclitiano & Maximiano missam ipse atrociorib⁹ edictis accumulauit: ac postq̄ per annos. x. omni genere hoīum exhausit puicias putrefacto introrsū pectore: & uitalib⁹ dissolutis: cū ultra horrorē hūanæ miseræ

etiā uermes eructaret: medicique ultra iā fetorē nō ferētes crebro iussu eius occiderent: a quodam medico constantiā ex desperatione sumente in crepitu iram dei esse pœnam suā: atque a medicis ideo non posse curari edictis late missis christianos de exiliis reuocauit. Ipse autē cruciat⁹ nō sustinens: uim uitæ suæ attulit. Ita tūc res publica sub nouis. iiii. principibus fuit: Constantino & Maxentio filiis augustorū: Lycinio autē & Maximino hoībus nouis. Constantinus pacē ecclesiis post. x. annos: quæ a persecutoribus uexabant: indulxit. Deinde inter Constantinū & Maxentiū bellum ciuile exortū est. Maxentius sæpe multis præliis fatigat⁹ ad pontem Miluiū ultimo uictus & interfectus ē. Maximinus persecutiōis christianorū incētor. executorque infestissimus apud Tharsū: dū ciuile bellum cōtra Lyciniū disponit: interiit. Lycinius repentina rabie suscitatus oēs christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellū inter Lycinium ipsum & Constantinū efferbuit. sed Constantin⁹ Lycinium sororis suæ uix in Pannonia primū uicit. deinde apud Ciualas oppressit. Vniuersa Græcia potitus Lyciniū crebris bellis terra marique assurgētē & repressum tandē ad deditiōem coegit. sed Herculiū Maximiani soceri sui motus exemplo: ne iteꝝ depositā purpurā in perniciē rei publicæ sumeret: priuatū iussit occidi: cū oībus iam ministris nefariæ persecutiōis extinctis: hūc quoque inq̄tū exercere potuit: persecutiōem digna punitio flagigaret Cōstantini filii Crispus & Constantin⁹ & Lycinius adolescens Lycinii Augusti filius: Cōstantini autē ex sorore nepos: cæsares sūt creati. His diebus Arrius Alexandriæ urbis presbyter a ueritate fidei catholicæ deuians: exitiale plurimis dogma constituit: Qui primū: simul ut Alexandria uel notus uel notat⁹ inter cōfusus uulgo sectatores infectatoresq; factus ē: ab Alexandro eiusdē urbis tūc episcopo pulsus ecclesia ē. Cunque hoīes: quos in errorē seduxerat & in seditionē excitaret: apud Nicam urbē Bithyniæ cōuentus. cccxviii. episcoporū factus ē: p̄ quos Arrianū dogma exitiale & miserū ē euidentissime deprehensū palā p̄ditū ac reprobātū ē. Sed inter hæc latent causæ: cur uindicē gladiū & destinatam in ipios punitiōem Constantinus imperator etiam in pprios egit affectus Nam Crispum filiū suū & Lyciniū filiū sororis suæ iterfecit. Præterea multas gentes diuersis præliis subegit. Urbē noiē suorū Romanorū regū uel primus uel sol⁹ instituit: Quæ sola ex idolorū ad hoc breuissimo tempore condita a xp̄iano imperatore p̄uecta ē: ut sola Romæ tot sæculis miserisq; p̄uectæ: forma & potētia merito possit æquari. Tum deinde primus Constantinus iusto ordine & pio uicē uertit edicto: siquidē statuit citra ullam hoīum cædem paganorū templa claudi.

Hic Constantin⁹ impator iubet tēpla clandi.

Ox Gotoꝝ fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbari-
ci soli sinu: hoc ē in Sarmataꝝ regione deleuit. Calocheꝝ quē
dam in Cypro aspirantē nouis reb⁹ oppressit. tricennialib⁹ suis
Dalmatiū cæsare legit. Cūque bellū in Persas moliret in uilla publica
iuxta Nicomediam: dispositam bene rē publicam filiis tradens: diē obi-
it. Anno ab urbe condita. M. lxxxii. Constanti⁹. xxxv. cū Constantino
& Cōstante frībus suis adeptus imperiū. xxiiii. annis tenuit. Fuit autē in
ter successores Constantini & Dalmatius cæsar fratris fili⁹. sed cōtinuo
militari factione decept⁹ ē. Interea maligna sp̄ aduersus deū uerū infecta
tio diaboli: quæ ab initio mūdi usque ad nūc a sincero tramite fidei reli-
gionisque infusus errorū nebulis lubrica hoīūz corda pturbat: postquā
christianis īpatotib⁹ summā regīæ potestatis in meliora uertentib⁹ eccle-
siam christi zelo idolatriæ perseꝝ destitit: aliud machinamentū: quo p̄
eodē christianos īperatores christi ecclesiæz uexaret: iuenit. Fit igitur
Arrio noui erroris auctori cæterisq; discipulis ipsius ad familiaritatez
Cōstantii īperatoris p̄mptus aditus & facilis uia. suadet Cōstantio: ut
quosdam in deo gradus credat. & q̄ per ianuā ab errore idolatriæ fuerat
egressus: reuersus in sinū eiu sde in deo deos quærit: & tanq̄ per pseudo-
tyꝝ inducitur. Peruerso igitur zelo ptās armat illusa. & sub noīe pietatis
uis persecutōis agitatur. De noui noīs electiōe cōtenditur: ut Arrianorū
potius ecclesiæ q̄ catholicorū sint. Seq̄tur tetræ motus horribilis: q̄ plu-
rimas oriētis urbes solo strauit. Cōstantius dū Constantē fratrem bello
infectat: incauta petulantia periculis sese offerens a ducib⁹ ei⁹ occisus ē
Cōstans aduersus Persas & Saporē: q̄ Mesopotamiæz uastatierat nouē
præliis paḡ p̄spere decertauit. Seditiōe nouissime atque int̄pantia mili-
tum nocte adoriri pugnam coactus: patratam pene uictoriam insuper
uictus amisit. Postq̄ se Cōstans intolerandis uitiis dedisset. ac pœna p̄
uincialiū fauorem militū cōpararet: Magnētii dolis in oppido cui He-
lena nomen est in pximo Hispaniæ interfec̄tus est. Magnenti⁹ enī apud
Augustudunū arripuit imperiū: quod cōtinuo per Galliam & Aphri-
cam Italiāq; porrexit. In Illyrico autē Veteranionem ætate grandeuū
īperatorem sibi milites creauerūt: uix natura simplicem: cūctisq; iocū
dū: sed q̄ ne prima quidem unq̄ litterarū elementa didicisset. Ita cunque
primas litteras litterarūq; syllabas imperator senex interdū inuit⁹ medi-
taret: a Cōstantio: qui tunc in Magnentiū ultione fratris accensus bellū
parabat: deponere iussus īperīū: abiiciēs cū litteris purpuras: cōtēt⁹ q; n

priuatis feriis: palatiū simul scholāque dimisit. Nepotian⁹ deinde Ro
mæ Cōstantini sororis filius: gladiatorū manu fretus inuasit īperiū qui
deinde cū īprobus ac per hoc inuisus cūctis esset. a Magnentianis duci
bus oppressus est. Sequitur bellū illud horribile inter Cōstantiū Ma
gnentiūque apud Nursiam urbē gestū: in quo multa Romanorū uiriū
pfligatio etiam in posterū nocuit. Magnenti⁹ tamen uictus aufugit: ac
nō multo post apud Lugdunū ppria se manu interfecit. Decenti⁹ quo
que frater eiusdē: quē cæsarem Gallis præfecerat: apud Senonas laqueo
uitā finiuit. Cōstanti⁹ cōtinuo Gallū patruī filiū cæsare legit: quē rur
sus crudeliter ac tyrannice agentē paulo postq̄ creauerat: occidit. Silua
nū quoque per Gallias rebus nouis inhiantē mature circūueniendum
opprimendūque curauit. Igit̄ Siluano īterfecto Iulianū patruelē suū
Galli fratrem cæsarem creatū misit ad Gallias. Itaque Iulianus Cæsar
cuerfas oppressasque ab hostibus Gallias strenuissime in integrū resti
tuit. Alemanorū paruis copiis magnā multitudinē fudit. Rheno Ger
manos reuinxit. His elatus successibus fastigiū usurpauit Augusti: &
mox Italiam Illiricūque peruadens Cōstantiū Parthis præliis occu
patū regni pte priuauit. Cōstanti⁹ Iuliani scelere cōperto: dimissa expe
ditione Parthorū dū ad ciuile bellū reuertit: in itinere inter Ciliciā Cap
padociāque defunctus ē. Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catho
licæ christianos aduersus christianos armans ciuili: ut ita dicā: bello ec
clesiæ mēbra dilacerauerat: totū inquietū tempus īperii sui molestum
que spatium uitæ suæ bellis ciuilibus etiam per ppinquos & cōsangu
neos excitatis exercuit. exegit: expendit. Anno ab urbe condita. M. c. xvi
Iulianus iā dudū cæsar post aūt. xxxvi. ab Augusto regno potit⁹ anno
uno & mensibus octo īperii sūmam solus obtinuit. christianā religiōz
arte potius q̄ ptate infectatus: ut negaret fides christi & idolorū cultus
suscipetur: honoribus magnis puocare: quā tormentis cogere studuit.
Aperto tamen præcepit edicto ne qs xpianus docendorū liberaliuz stu
diorū pfflor esset. Sed tamen sicut a maioribus nr̄is cōpertū habemus:
oēs ubique ppemodū præcepti conditiones āplexati officiū: q̄ fidez de
serere maluerunt. Iulianus aūt bellū aduersus Parthos parans cū Ro
manas uires contractas undique ad destinatā secum retraheret perditio
nem: xpianorū sanguinem diis suis uouit: palam persecutur⁹ ecclesias
si uictoriam potuisset adipisci. Nam & amphitheatrū Hierosolymis ex
trui iussit: in quo reuersus a Parthis episcopos: monachos: oēsque eius
loci scōs bestiis etiam arte sæuioribus obiiceret. spectaretque laniādos.
Itaque postq̄ a Ctesiphonte castra mouit: dolo cuiusdam transfugæ ī

deserta perductus: cū ui sitis & ardore solis atq; insup labore harenarū
cōfectus periret: exercitus: imperator tanto reꝝ periculo anxius: dū per
uasta deserti incautus euagat: ab obuiio quodam hostiū eqte cōto ic̄t̄
interiit. Sic misericors deus impia consilia impii morte dissoluit. Anno
ab urbe cōdita. M. lxxxvii. Iouinianus. xxxvii. imperator in sūmo reꝝ
discrimine ab exercitu creat̄: cū & locorū iniquitate captus & hostibꝝ circū
septus nullam euadendi facultatē nanscisceret: fœdus cuꝝ Sapore rege
Persarū: etsi parꝝ putant: dignū satistamen necessariū pepigit: quippe ut
tutū & incolumen Romanū exercitū non solū ab incurſu hostiū: uerū
etiā a locorū periculo liberaret. Nisibiā oppidū & partē superioris Me
sopotamiā Persis cōcessit. Inde dū Illyricum rediens per Galatiam iter
agit: cū in cubiculum quoddam nouū sese cubitū recepisset: calore pru
narū & nidore parietū nuper calce illitorū aggrauatus & suffocatus octa
uo demū mense q̄ imperare cœperat: uitam finiuit. Anno ab urbe condi
ta. M. lxxxviii. Valentinianꝝ. xxxviii. apud Niceam cōsensu militū ipe
rator creat̄ ē. mansitq; in eo annis. xi. q̄ cū christianꝝ integra fide sacrm
militiā gereret: & sub Iuliano Augusto tribunꝝ scutariorū iussus ab im
peratore sacrilego aut immolare idolis: aut militia excedere: fideliter sci
ens & grauiora dei eē iudicia & meliora pmissa: sponte discessit. Ita par
ua interiecta mora: Iuliano interfecto: ac mox Iouiniano mortuo: qui p
christi nomine amiserat tribunatū: retribuente christo in locū persecu
toris sui accepit imperiū: q̄ postea fratrem suū Valentē participem fecit
imperii. & Procopium tyrannū pluresq; postea satellites eiꝝ occidit. ter
ræ motus per totū terrarū orbē factus ita turbatū quoq; pelagꝝ excussit
ut per uicinas terrarū campestriū partes refuso mari plurimæ insularū
urbes cōcussa & subrutæ perisse referant. Valens ab Eudoxio episcopo
Arriani dogmatis assertore & baptizatus & persuasus in sæuissimā hæ
resim declinauit. sed malignam insecutionē diu texit. nec uolūtati pote
statē admiscuit: quoad uiuentis fratris auctoritate cōpressus ē. Contē
plabat. n. de eo quantam uim in ulciscēda fide imperator posset exercere
q̄ tantam cōstantiam p̄ retinenda quōdam miles habuisset. Hōꝝ anno
imperii tertio Gratianus Valētiniani filius imperator ē factus. Eodem
anno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuia mista defluxit. Præ
terea Athanaricus rex Gotoꝝ christianos gente sua crudelissime perse
cutus plurimos barbarorū ob fidē interfectos ad coronam martyrii sub
limauit: quorū tamen plurimi in romanum solum non trepidi: uelut ad
hostes sed certi: quod ad frēs p̄ christi cōfessione fugerūt. Valentinianus
Saxonū gentē in oceani litoribus & paludibus inuis sitā: uirtute atq;

agilitate terribilem: periculosa; romanis finibus: eruptionem magna mole meditantē in ipsis Francoꝝ finibꝰ oppressit. Burgundionū quoqꝫ nouoꝝ hostiū nouū nomen qꝫ plus qꝫ .lxxx. M. ut ferunt armatoꝝ ripæ rheini fluminis infederūt. hos quondā subacta īteriore Germania a Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris Augusti per castra dispositos aiunt in magnam coaluisse gentē: atque ita etiā nomen ex opere præsumpsisse qꝫ crebra per limitē habitacula cōstituta burgos uulgo uocant: eorꝫqꝫ esse præualidā & perniciosā manū Gallia hodie quæ testes sūt: in qbꝰ præsumpta possessione cōsistunt. qꝫuis pꝫuidencia dei oēs xpīani mō facti catholica fide nostrisqꝫ clericis: qꝫbus obedirent receptis blande māsuete innocentēque uiuant: nō quasi cū subiectis Gallis: sed uere cū fratribꝰ christianis. Anno aut. xi. īperii sui Valentinianꝰ cū Sarmataꝝ gētes sese per Pānonas diffudissent: easque uastarent: bellum in eos parans: apud Brigitionē oppidū subita effusioe sanguinis: quod græce apoplexis uocatur: suffocatus & mortuus ē. Post quē Gratianꝰ filiꝰ eius occidētis imperiū tenuit: Valente patruo in orientis partibꝰ constituto. Valentinū etiam fratrem suū paruū admodū socium creauit īperii. Anno ab urbe condita. M. c. xxviii. Valens. xxxix. imperiū. iiii. ānis Valentiniano mortuo tenuit: qui solus cū impie ageret: & posset erubescere: ilico ueluti efrenata liber audacia legē dedit: ut monachi. i. xpīani: qꝫ ad unū fidei opꝰ dimissa sæculariū rezꝰ multimoda actōe se redegerāt: ad militiā cogerēt. Vastas illas tunc Aegypti solitudines: harenaꝝque diffusas: quas pꝫpter sitim ac sterilitatem piculosissimāque serpentum abundantiam conuersatio humano nō nosset: magna habitantiū monachorꝫ multitudo compleuerat. Hic tribuni & milites missi: qꝫ scōs ac ueros milites dei alio nomine persecutōis abstraherent: interfecerūt ibi agmina multa scōꝝ. quæ aut per diuersas ubique pꝫuincias his similibusqꝫ iussus aduersus ecclesias catholicas & rectæ fidei populos gesta sint: satis significatū ipsa reticendi electioe sufficiat. Interea in Aphricæ partibus Firmus sese excitationis Mauroꝝ gentibus regē cōstituens: Aphricam Mauritaniamque uastauit. Cæsareā urbem nobilissimā Mauritanie dolo captā: deinde cædibus incendiisqꝫ cōpletam barbaris ī prædā dedit. Igif comes Theodosiꝰ Theodosii qui post īperio præfuit pꝫ a Valēte missus effusas Mauroꝝ gentes multis præliis fregit: ipsumque Firmū afflictū & oppressū coegit ad mortem. Post cum experientissima pꝫuidencia totam cū Mauritaniam Aphricam meliorem pristinis legibus reddidisset: instimulāte & obrepente inuidia iussus interfici: apud Carthaginē baptizari in remissionem pctōꝝ præoptauit. At postqꝫ sacm christi: qꝫ quæsierat assecutꝰ ē

post gloriosam sæculi uitam: etiã de uitæ æternitate securus percussori iugulũ ultro præbuit. Gratianus interea impator admodũ iuuenis cum in æstimabilẽ multitudinẽ hostiũ romanis infusam sinitibus cerneret: fretus christi potẽtia longe impar militũ numero sese in hostem dedit. & continuo apud Argentariam oppidũ galliæ formidolosissimũ bellũ incredibile felicitate cõfecit. Nam plus quã xxx. M. Alemanorũ minimo Romanorũ detrimẽto in eo prælio interfecta narrant. Tertio. x. aut anno impii Valentis: hoc ẽ p̃uo tpe postea quã Valens per totũ orientẽ ecclesiæ laceratões scõrũq; cædes egerat: radix illa miseriarum nr̃arũ copiosissimos simul frutices germinauit. Siquẽdẽ genus Hũnorũ diu iacessis seclusa montibus repentina rabie percita exarsit in Gotos. eosq; sparsim conturbatos ab antiqs sedibus expulit. Goti transito Danubio fugiẽtes a Valente sine ulla fœderis pactione suscepti: ne arma quidẽ quo tutius barbaris credere tradidere romanis. Deinde p̃pter intolerabilẽ auaritiã maximi ducis fame & iniuriis adacti in arma surgẽtes: uicto Valẽtis exercitu per Thraciam sese miscentes simul omnia cædibus: incẽdiis: rapinisq; fuderũt Valens egressus de Antiochia: cũ ultima infelicis belli sorte traheretur fera peccati maximi pœnitentia stimulat̃ episcopos cæterosq; scõs suo cari de bellis imperauit. Itaque. xv. imperii sui anno lachrimabile illud bellũ in Thracia cũ Gotis iam tũc exercitatõc uiriũ rexq; abũdantia instructissimis gessit. ubi primo statim impetu Gotorũ perturbatæ romanorũ equitũ turmæ nuda peditũ deseruere præsidia. Mox legiones peditũ undique equitatu hostiũ cinctæ: ac primũ nubibus sagittarũ obrutæ: deinde cũ amentes metu sparsim per deuia cogerent: fũdit̃ cæsa gladiis insequentũ: contisq; perierũt. Ipse impator cũ sagitta sautiũ uersusq; in fugam ægre in cuiusdam uillulæ casam deportatus lateret: ab insequentibus hostibus deprehẽsus: subiecto igne consumptus est. & quo magis testimonium p̃uisionis eius: & diuine indignationis terribili posteris ẽt exẽplo: & cõi caruit sepultura. Consoletur se & in hoc peruitia miseriaque gentiliũ: quia t̃pibus & regibus christianis tantæ simul congestæ clades pressam rei publicæ onerauere certicẽ. euersæ puinciæ deletus exercitus impator incensus. Magnũ reuera hoc ẽ ad nostrũ dolorem magisq; miserũ quo magis nouũ. Sed quid hoc ad consolationem p̃ficit paganorũ: qui palaz præuidet & in his quoq; persecutores ecclesiæ fuisse punitũ? Unus deus unam fidem tradidit. unaz ecclesiã toto orbe diffudit. hanc aspicit. hanc diligit. hanc defendit. Quolibz se quisque nomine tegat: si huic non sociat̃ alienus. si hanc impugnat inimicus est. Consolent̃ se gentiles inq̃tum uolunt Iudæorũ hæreticorũq;

supplicis tantū & unū deū esse: & eūdem personarū acceptorē non esse
uel ex hac potissimū Valentis extincti p̄batione fateant. Goti antea per
legatos supplices poposcerūt: ut illis episcopi. a quibus christianæ fidei re
gulam discerent: mitterent: Valens imperator exitiabili prauitate detent^o
doctores Arriani dogmatis misit. Goti primæ fidei rudimentū qd' acce
pere tenuerūt. Valens catholicæ fidei normā: quā prius hūerat derelin
quēs. p̄uerso Arrianorū dogmati sese illexit. Itaq; iusto dei iudicio ipsi
eum uiuum incenderunt: qui propter eum etiam mortui uitio erroris
arsuri sunt. Anno ab urbe condita. M. c. xxxii. Gratian^o. xl. ab Augusto
post mortē Valentis sex annis imperiū tenuit: quāuis iam dudū antea cum
patruo Valente & cū Valentiniano fratre regnaret: q̄ cū afflictū ac pe
ne collapsū rei publicæ statū uideret: eadē p̄uisione qua quondā lege
rat Nerua Hispanū uirū Traianū: p̄ quem res publica repata ē: legit &
ipse Theodosiū æque Hispanū uirū. & restituēdæ rei publicæ necessita
te apud Syrmū purpurā induit. orientisq; & Thraciæ simul præfecit i
perio hoc perfectiore iudicio: q̄a cū in oīb⁹ humanæ uitæ uirtutib⁹ iste
par fuerit: in fidei sacro religiōisq; cultu sine ulla cōpatōe præcessit. siq;
dē ille p̄secutor. hic p̄pagator ecclesiæ. Ita illi ne un⁹ qdē p̄prius filius:
quo successore gauderet indultus ē. hui⁹ autē oriēti simul atq; occidēti
per succiduas usq; ad nūc generatōes gloriosa p̄pagatio dnatur.

Creat^o ipator Theodosi^o a Gratiano Cōstantinopolī intrauit uictor
Taq; Theodosius afflictam rem publicam ira dei reparandā
credidit misericordia illius: omnemq; fiduciam sui ad opem
christi cōferens maxias illas Scythicas gētes formidataq; cun
ctis maiorib⁹: Alexandro quoq; illi magno: sicut Pōpeius Corneliūsq;
testati sūt: ciuitas: nūc autē extincto romano exercitu: Romanis eqs ar
misque instructissimas: hoc ē Alanos: Hunos: & Gothos incūtanter ag
gressus: magnis multiq; præliis uicit. Urbē Cōstantinopolī uictor in
trauit: & ne parua romani exercitus manū assidue bellando deterreret:
foedus cū Athanarico Gotoꝝ rege percussit. Athanaricus autē cōtinuo
ut Constantinopolī. uenit: diem obiit. Vniuersæ Gotoꝝ gentes rege de
functo aspicientes uirtutem benignitatēq; Theodosii romano sese im
perio dediderūt. In his etiam diebus Persæ. q̄ Iuliano interfecto aliisq; im
peratorib⁹ sæpe uictis: nūc etiam Valente in fugam acto recentissimæ ui
ctoriæ satietatē cruda insultatōe ructabant: ultro Constantinopoliz ad
Theodosiū misere legatos: pacem suppliciter postulantes. Ictūq; tunc
foed^o ē: quo uniuersus oriens usq; ad nunc tranquillissime fruit. Interea
cū Theodosius in oriēte subactis barbarorū gentib⁹ Thracias tandē ab

hoste liberis reddidisset: & Arcadiū filiū suū consortē fecisset ipii: Ma-
xim⁹ uir qdē strenu⁹ & pbus atq; Augusto dignus: nisi contra sacri fi-
dē per tyrannidē emerisset: in Britannia inuit⁹ pmodum ab exercitu
imperator creatus in Galliam transit. ubi Gratianū augustū subita incur-
sione pterritū: atque in Italiā trāsire meditantē dolis circūuētū interfe-
cit. frēm q; ei⁹ Valētinianū augustū Italia expulit Valētinian⁹ in oriētē
refugiēs a Theodosio p̄na pietate suscept⁹: mox & imperio restitut⁹ ē
anno ab urbe condita. M. c. xxxviii. Theodosius. xli. interfecto
a Maximo Grano imperiū romāi orbis obtinuit. mansitque in
eo annis. xi. cū iam in oriētis partibus. vi. annis Gratiano uiuen-
